



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

19. Licet usque ad vomitum bibere & comedere, etiamsi quis vomat, ut iterum bibere possit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

intra limites, & in propriam materiam gulo-  
malitiam mortalem pertingere poterit,  
quod requirit *Doctor Angelicus* ad hoc, ut al-  
iquid sit ex genere suo peccatum mortale.  
Vnde apposite *Gerson* *serm. 1. contra Gulam*  
*Dom. 1. Adventus*, Gula ait ex persona quae esse  
deberet civitas, & habitatio Dei, facit habita-  
tionem quandam inimicorum, & tanquam  
speluncam latronum, aut haram porcorum, per  
gulam homines transgrediuntur praecepta le-  
gis, & ideo non habet praeceptum speciale, quod  
eam prohibeat: quia omnia sunt ei contraria,  
& ipsa omnibus. Quod si censura *Lovanien-*  
*sis* mortale iudicat usque ad vomitum se in-  
gurgitare, modo absit periculum ledendae  
valetudinis, facile colligere licet quid sit iu-  
dicatura de sequenti, quam asseritur.

### PROPOSITIO XIX.

*Licet usque ad vomitum bibere & come-*  
*dere, etiamsi quis vomat, ut iterum bi-*  
*bere possit.*

Certe

**C**erte bestialis & plus, quam bestialis est  
hæc assertio : bruta animalia metas sui  
ventris & appetitus norunt, cui dum satisfac-  
cerint, cessant, nec ultra se cogi permittunt,  
quod attendens *D. Augustinus serm. 231.*  
*Considerent inquit ebrii, si non peiores ani-*  
*malibus iudicandi sunt : cum enim animalia*  
*amplius, quam eis opus est, bibere nolint. illi &*  
*duplum, & triplum, quam eis expedit, potum*  
*accipiunt: & unde trium vel quatuor dierum*  
*refectionem poterant habere, uno die cum gran-*  
*di peccato contendunt perdere potius, quam ex-*  
*pendere: & utinam potum tantummodo per-*  
*derent, & non etiam ipsi perirent, nec minus*  
*laxant habenas ebrietati gulæ sorori, cibum*  
*enim superfluum ordinarie liquido perfun-*  
*di volunt sive pro digestionem, sive pro dele-*  
*ctatione. Ebrietatem definiunt ordinarie,*  
*quod sit voluntaria privatio usus rationis*  
*per nimium potum causata eam esse ex ge-*  
*neris suo mortale peccatum, & ex naturâ suâ*  
*malum omnes sentiunt, & nihilominus do-*  
*cent aliqui.*